HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



60

tribulatos & principes populi ierusalem. Dixerunt enim
non sermone sed opere; sumus sic & ceteri nationes. habe
mus pactum & fedus cum inferno & cum morte. semel salutem
desperauimus. Certe captiuitas longo post tempore
uentura est dicentibus uobis adhuc modicum adhuc mo
dicum expecta rursus expecta; ergo cum mortui fuerimus.
hoc flagellum captiuitatis & hanc tempestatem insentiem.
Semel enim mendatium credidimus hoc et frustra spem habu
imus in dm & in lege ei & ideo amendatio preceti sumus.
quia mortui minimmente captiuitatem declinauimus.
Verbum hebraicum sot aquila & symmachus flagellum. lxx
tempestatem interpretati sunt. chazab quoq; omnes men
datum transtulerunt. in quo sperauerunt iudei. cuius iuxta
euangelistam iohannem pater et diabolus. Idcirco hec dicit
dns deus; ecce ego mittam infundamentis syon lapidem pba
tum angularem preciosum fundatum fundamine; qui credi
derit non festinet; & ponam iudicium in pondere & iusticiam
in mensura. & subuertet grando spem mendatii & preceti
onem aque inundabit; & delebitur fedus uri cum morte.
& pactum uri cum inferno instabit; flagellum inundans
cum transierit erit is in conculcationem; cum pertransierit.
tollet uos. quo mane diluculo transibit in die & in noc
te. & tantum sola uexatio intellectum dabit auditui.
Coangustatum est enim stratum ita ut alter decidat. & pallium
breue utrumque operire non potest. lxx. Propterea sic dicit dns.
Ecce ego immittam in fundamentis syon lapidem preciosum
electum angularem & honorabile in fundamenta eius. &
qui crediderit non confundetur; & ponam iudicium in spem
in sediam aurem meam in pondera. & qui credunt frustra

lapidem
infundamento fundatum;